UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Valentinus Mart S Valentinus Epi. S. Felicula V & M. 14 Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Valentinus Mart. S. Valentinus Ep.
S. Felicula V. & M. 14 Feb.

Obſeruatio Mandatorum Dei.

Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis. Gregorius.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut qui B. Valentini M. tui (B. Valentini Epiſ. B. Feliculæ V. & M.) natalitia colimus â cunctis malis imminentibus eius interceſſione liberemur. Per Dom. n. Ieſum Chr. &c.

Ora pro Magiſtratu, &c.

1.S.Valentinus Presb. & M. circa A. Dni 270 præclarè fidē Catholicam Romæ publicâ, etiam in theatro cōfeſſione honoravit. Ob quam Aſterio Præfecto traditus, ipſum, filiamque à cæcitate liberatam, cum reliqua familia Chriſto lucrifecit. Merces operū horum fuit Martyrij corona ſub Claudio Cæſare per fuſtes & gladium conſummata.

2 S Valentinus Ep. & M. Interamnæ duas congregationes inſtituit, nēpe Clericorū & Virginum, viguitque gratia ſanitatū. ob quam Romam evocatus, cū Chæremonē Cratonis Rhetoris filium contractum perſanaſſet. patrem filiumque & plurimos gentilium admiratione impleuit & conuertit.

3. S. Felicula vna cum SS. MM. zenone & Vitali Romæ coronata eſt, tempus certum latet.